



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Eius industria ad Scotiam iuuandam, nu. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

qui exigua huius libri lectione mutatus, ostium circumstantiae labijs suis post 15820  
fuit, donec alij silentium eius à locis ægide ferentes violenter librum è mani-  
bus eius eriperent.

VI. Audio frequens esse in Anglia in concursu multorum qui recenter ad  
fidem conuersi sunt, dum modum conuerzionis suæ mutuo narrant, origi-  
nem tribuere lectioni illius libri; ex quo ingens eius fructus ex parte colligi  
potest.

VII. Ipsi etiam hæretici tantam percepertunt compunctionem cordis in  
lectione huius libri, vt paucis mutatis eundem Londini imprimi curarint.

VIII. Multi etiam viri ingenio & doctrina pollentes ex singulari fructu  
quem ipsi experientia percepunt, librum supra omnes eius generis quoad pro-  
prium libri institutum laudarunt. Hæc Bathæus.

Consolatoria vero Epistolæ hæc est ratio. Latæ fuerant Anno octogesimo  
primo incunte, aduersus Catholicos leges binæ, Vnæ de menstruâ pendenda  
pecunia si hereticorum conuentibus abstinerent; Alteræ de Capite, si pæni-  
tentia sacramento vterentur; atque de altera pecunia, si Missæ sacrificio inter-  
essent. Aperit igitur in primis quā nobili de causa ea multæ subeatur; Ne,  
videlicet, contra quā ipsimet in animo sentiunt faciant: Ne Deo illudant  
cultu errore & Ecclesia vsibus aduerso: Ne scandalum proximo patiant atq;  
exemplo parent ruinam: Ne fidem Deo datam infringant: Ne schismatici au-  
diant: Ne de Religione disimulent: Ne peccatis aliorum communicent: Ne  
omnium Gentium Catholicis moribus se opponant. De multa deinde quæ  
nauci videntur incommoda renouet, ostensis fallaciam diuitiarum periculis,  
vnu difficultate, inconstancia, vanitate; anxietate etiam quam viuentibus afferunt,  
& morituris, solutisq; quæ obijci poscent rationum momentis, vtriusque vitæ  
præmia commeniorat. Ac sacramentorum denique cùm explicasset quā ne-  
cessarius sit frequens vsus, quamq; honorificus cultus, moribus antiquis suadet  
viuendū, contemptis legum iniquatum minis, quas Deus pro cuiusque bono,  
tanquam ferocientis equi impetus moderatur. Hæc vacuis horis meditabatur,  
publ ciq; vtilitatibus felici partu edebat:

I I. Quā vero diligentia & quā magna industria ad fidem Catholicam in  
Anglia promouendam contenderit, & vt ea ferebant tempora Scotiæ etiam  
spiritualibus emolumentis studuerit, eius literæ ad Generalem præpositum do-  
cent: Quæ sunt huiusmodi.

Pax Christi.

Admodum Reuerende Pater,

Copiosè ad vestram Paternitatem scripsi de rebus nostris mense superiore,  
nunc quoniam alia maioris longè momenti occurunt, significanda quoq; sine tria ad scotiam  
mora extimaui. Pater Campianus post tormenta bis illi exhibita, quatuor  
habuit in carcere cum aduersarijs disputaciones, magno fane fructu commu-  
nis cause, & multarum animarum lucro, vt post hac forsan magis in particu-  
lari audietis; ego vt ante significaui, natus ex euendi commoditatem, in Galiam  
transmisji, vt expedirem quædam necessaria negotia quæ absente me per literas  
P fieri non

1582. fieri non poterant? Quorum primum erat, ut conferrem cum Domino *Alano* de multis, imo plurimis ad opus nostrum & vineam pertinentibus, quæ sanè literis committi non poterant. II. Ut prælum aliquod in aliquo loco vicino compararem, quo libri pro occasione data à nostris Anglicis scripti imprimi posset; quia nihil tam iuuat, nec iuuit, nec tuobitur in posterum & propagabit nostram causam quām impressio librorum Catholicorum, tam de controversijs quām de deuotione. III. Erat ut colloquerer Parisijs cum Archiepiscopo Glasconiensi Reginæ Scotiæ Oratore de iuanda Scotia, ex qua conuersio Angliae maximè dependet; & ut excitarem illum meis rationibus & cohortatione ad feruentem zelum de mittendis in Scotiam idoneis hominibus, maximè hoc tempore, cum præsertim ex nece Mortoni, & Principis indole, spes non exigua eluceat; & illi etiam impertirer secreta nonnulla confilia hæreticorum ad euerterendam penitus Scotiam, quomodo illis obuiare posset. Quartum erat ut inuenirem aliqua media quibus excitari Rex Gallie posset ad intercedendum pro Catholicis apud Reginam, saltem de alleuiatione illius grauiſſimæ pœnæ pecuniarie quam nuper lege quadam imposuerunt reculantibus frequentare Ecclesiæ protestantium, quod omnes Catholicæ facere recusant. Hæc fuerunt præcipua negotia quæ me in has partes impulerunt; quorum priora tria iuvante Deo optimè expedita sunt, ad magnam spero totius causæ utilitatem; postremum verò penitus hæret. Rex enim rogatus à Nuncio Apostolico, suæ Sanctitatis nomine, ut pro afflictis Angliae Catholicis ad Reginam scriberet, respondit le non posse propter quedam secretæ consideratione digna. Nos tamen non desistimus, sed in confractione cum Moysi stare nitimus, & in spem contra spem progredimur. Modò sum Rhotomagi occupatissimus & expecto redditum famuli ex Anglia, quem multis cum literis ad Catholicos confolandos tanquam ex septentrionali parte misi. Nullus enim ex iis in Anglia nouerat meum egeslum; nec ullis in his partibus innotescō, nisi Dominō *Alano* Rhemis, & Archiepiscopoc Glasconiensi Parisijs; & hic Rhotomagi D. Michaeli de Monsi Nepoti illustissimi Cardinalis, Senonensi Archidiacono, & Parlamenti huius Civitatis Consiliario, viro certe Dei & causæ Catholicæ zelofissimo, & nostræ Societatis plusquam amantissimo, cuius ope & opera in omnibus vtor; & se luac; omnia libentissime ex animo mihi obtulit & præstat. Hodie duos magnos literarum fasciculos ex Anglia per famulum huc missos recepi, ex quibus intelligo ( præter ea quæ lupra posui ) me illic valde à Catholicis requiri; vnde cogor redditum festinare, maximè quia Patres *Gasperus* & *Guilielmus*, qui ultimo ingressi sunt, absunt longè Londino, & in alijs Regionibus versantur, vbi plurimum dicuntur lucri animarum facere. Catholici urgentur in dies nouis & acerbis persecutionibus, sed dante Deo fortitudinem & internam consolationem nunquam fuerunt lætiores; tamen aduersarij quod magis sibi timent, cō magis lauiunt; sed quæ sequuntur maximi sanè sunt momenti. In primo meo ingressu in Angliam dispiciebam animo quantum poteram quæ pars totius Regni

Regni magis egeret nostra opera, & quæ posset magis causæ successu tem- 1582.  
 poris prodefle. Videbam tres esse Regiones in quas sacerdotes nondum pe-  
 netrauerant. Prima erat Wallia, Regio spaciolæ & ampla, & Religioni Catho-  
 licæ non tam inimica, sed tamen inopiam laborantium in ipsam ignorantiam  
 & hereticis etiam nonnullam approbationem vnu quodam prolaplam: Huc  
 igitur misi aliquos sacerdotes, inita cum nobili quadam conditione ut eos  
 reciperet; ex qua re magna fanè porta aperta est, & multi quotidie acqui-  
 runtur Ecclesiæ. Altera Regio erat Cantabrigiensis Comitatus, quam uni-  
 uersitas Cantabrigiæ, quæ tota heretica est, penitus infecerat; multis igi-  
 tur remedij, fructu quoq; sitis, tandem Deo iuuante insinuauit sacerdotem quen-  
 dam ijs si vniuersitati, sub nomine scholaris, aut nobilis studiosi; & procu-  
 rauit illi quædam subsidia non longè à Ciuitate; cui rei Deus tantum dedit  
 succeluum ut paucis mensibus septem iuuenes optimæ spei & indolis lucrife-  
 cerit, iam iam ad seminarium Rhenensem mittendos. Hoc enim hodie intel-  
 ligo ex uno eorum qui iam huc peruenit, & maior ibi messis quotidie ex-  
 pectatur. Tertia Prouincia erat omnium maxima, quæ iuxta fines Angliae  
 & Scotiæ posita, quatuor aut quinq; comitatus continet (comitatus, siue  
 Diæcetes, aut Prouince, non magnæ intelliguntur) ad hos ergo Comitatus  
 nullus feci sacerdotum peruenit. Hæc tamen Regio maximi momenti est  
 ad nostram causam, tum propter Scotiæ vicinitatem, tum propter hominū  
 dispositionem liberam & generosam; huc ergo diuerlos operarios direxi, sed  
 unum maximè qui prudentia, vnitate, & cognitione ceteris præcellere vi-  
 debatur, qui posteaquam decem circiter milles ijs in locis conlumpisset,  
 rediit ad me initio huius præcedentis æstatis, & retulit multa speranda esse  
 ex alius Regionis cultura, licet perfecutio eo tempore sic ibi ferueret ut diffi-  
 cultiù maximè quis posset subsistere. Retulit etiam (quod ego illi præcipue com-  
 mendaram exquirendum) non difficilem esse ex ijs partibus in Scotiam transi-  
 tum: quo intellecto, & communicato cum quibusdam è prudentiis bus  
 Catholicis consilio, remissimus cum in ipsam Scotiam explorandæ viae causa.  
 Nam maxima pei nostræ pars in Scotia est, à qua etiam dependet non solù  
 Angliae, verum etiam aliorum septentrionis partium conuersio. Quia ius  
 Anglicani Regni ad Regionem Scotiæ eiūq; filium (extincta ista quæ nunc  
 regnat) pertinet, Et de filio isto nunc aliqua spes cæpta est concipi post in-  
 teencionem maximè Comitis Mortonij, si latis cum eo tractaretur dum  
 adhuc obedienciam præfereat magnam sua matri, & priuilegiam in hereticis  
 confinietur, & dum etiam recenter effensus ab hereticis est: Quas occasio-  
 nes nebis non esse negligendas putabamus, & valde dolebamus rem non  
 fuisse haec nos ardenter attentatam ab ijs quorum maximè intererat, hoc  
 est, à Scotis ijs; quanquam certè multis de rationibus causa, & que nostra  
 est a eorum. Collecta ergo quadam eleemosyna à Catholicis, & coemptis  
 hinc sacerdoti iesuis ad iter necessarijs, misi eum vna cum famulo in Scotiæ,  
 præscriptis quibusdam item capitibus qua Regiaperiret si adeundi facultas  
 daretur;

I, 582. daretur; aut etiā nobilibus si Regi non liceret. Quorū primū illud erat, vt patrocinium fūsciperet afflitorū Catholicorū maximè si qui in Scotiā confugerent; eo quod Catholicī soli erunt qui illi fauebunt in Lure Regni Angliae hæreditario tuendo. Secundū erat exponere rationes multas & magnas quæ Regem mouere debebant ad fauendum Catholicis & eorū Religioni, & ad detestandos Hæreticos; quales erant, securitas in Regno suo, successio in Regnum Angliae, quam solum per Catholicos obtinere poterat; amicitia vicinorum Principum Catholicorum, repectus matris tam innocenter repulsa & carcere detentæ; Occisus Pater ob hæretici; Insidiæ Vitæ suæ laepissimè ab hæreticis positæ, discovertæ & auxilio Catholicorum per Dei bonitatem viatae. Denique offerret Regi tam suorum quam nostrorum Catholicorum auxilium, maximè vero noltrum qui facerdotio fungebamur, ad reducendū Regnum Scotiæ ad fidem Catholicam, cum quocunq; etiam vita nostræ dispedio. His acceptis instructionibus dilectissit. Ingressus est Scotiam, & per Dei gratiam felicem admodum successum habuit, vt ex sequentibus eius literis apparebit. Quæ erant tamen præcipua & maxime secreta non audebat literis committere, sed famulo suo mandauit vt n. ih. soli narraret, & nulli alteri mortalium præterea; famulus autem cum Londonum venisset, & me non reperisset, non ausus est hominibus à me meo loco relictis sibi à Domino commissa narrare; Reliquit tamen sui Domini literas quæ mihi statim transmisæ fuerunt, & vterius adiecit (quod etiam ex sequentibus literis paret) Dominum suum optimè à Scotis acceptum, & illos omnia mihi, & à me mittendis promittere: Et diem esse constitutum quo ego cum multis nobilibus Scotiæ colloquium haberem, scilicet diem vigesimum sextum Septembris præsentis, quod nullo modo iam à me expleri potest, quia hodie agitur is dies. Literarum autem exemplar hoc est in quibus animaduertendum, quod ubi nomen est Domini Redman, me intelligit.

III. Cùm primū Scotiam ingressus sum, necessitate quadam coactus, nè in pericula maiora inciderem, contuli me ad habitationem Guardiani Scotiæ, qui Caluinista est; Locus autem habitationis Seiford appellatur; ibi rogatus quâ de causa veneram, respondi refugij cauâ, vt pote ob conscientiâ patriâ expullus; quod refugium ipsis etiam malefactoribus non negabatur, & multo minus negari debet Religionis causa exulantibus. Respondit Guardianus non posse esse maius maleficium aut peccatum quâm malæ esse Religionis, & Ecclesiæ Christi inimicum. Hoc verissimum est, inquam ego, sed tota controversia in eo est, qui sint inimici Ecclesiæ. At illud, inquit ille, extra controversiam est, Papistas esse; quo audito lubridens, dixi, à cœna, si placet, illud viderimus: Finita cœna factum fuit capitulum, vt appellant, hoc est, unus ex Ministris (nam aderant tres) lecto primum Psalmum, conciunculâ habuit, quâ durante, tam Guardianus ipse cum vxore, quâm multi alij nobiles & perhonorati viri apertis capitibus reuerenter aucultabant: Ego solus techo capite sedebam, cum multorum admiratione, finita tamen concione